



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod originale peccatum vere fuit, quod transit in posteros. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Non est igitur accipiendum peccatum Adę trans-
fisse in omnes imitationis tantum exemplo, sed
propagationis & originis vitio.

*Hic aperit illud esse peccatum originale, quod tran-
sit in posteros.* D

Et est illud peccatum originale, vt aperte Aug.
testatur, quod per Adam trāsīuit in omnes, per e-
ius carnē vitiatam cōcupiscentialiter generatos.

Quid sit originale peccatum hic inquiritur. E

Quod diligenter inuestigandum est, qd sit. De
hoc n. sācti doctores sub obscuritate locuti sunt,
atq; scholastic: doctores varia sentierunt. Quidam
n. putant originale peccatū esse reatum pœnz p
peccato primi hominis, id est, debitum vel obno-
xietatē, qua obnoxii & addicti sumus pœnz tem-
porali & æternæ p primi hominis actuali peccato:
qa pro illo (vt aiunt) omnibus debetur pœna æter-
na, nisi p gratiā liberentur. Iuxta horum sententiā
oportet dici, originale peccatum nec culpam esse,
nec pœnam. Culpam non esse ipsi fatentur: pœna
quoq; secundum eos esse non potest, qa si debitū
pœnz originale peccatum est, cum debitum pœ-
nz nō sit pœna, nec originale peccatum est pœna, q
eriā quidā eorum admittunt dicētes, in scriptura
originale peccatum sæpe nominari reatum: & rea-
tum ibi intelligunt, vt dictum est, obnoxietatē pœ-
nz: & ea ratione asserunt peccatum originale dici
esse in paruulis, quia paruuli p illo primo peccato
rei sunt pœnz: sicut pro peccato iniqui parentis a-
liquando exulant filii secundum iustitiam foris.

*Quod originale peccatum sit culpa, auctoritati-
bus probat.* F

*Exod 13. b.
Glossa ordi-
nari ad id
cap. Primo-
genitum.*

Sed q originale peccatum culpa sit, pluribus
sanctorum testimoniis edocetur. Sup Exod. vbi di-
citur, Primogenitum Asini mutabis oue, Greg. ait.
Omnes in peccatis nati sum⁹, & ex carnis delecta-
tione cōcepti, culpam originālē nobiscum traxi-
mus,